

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus z
cum fonte primo

Maior sum et ad maiora genitus
quam ut mancipium sim corporis mei.

Contemptus corporis sui certa libertas est.

Seneca LXVI. epistola.

Maior sum et ad maiora genitus
quam ut mancipium sim mei corporis,
quod equidem non aliter aspicio quam
vinclum aliquod libertati meae circumdatum;
hoc itaque oppono fortunae, in quo resistat,
nec per illud ad me ullum transire vulnus sino.
Quidquid in me potest iniuriam pati hoc est:
in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat.
Numquam me caro ista conpellet ad metum,
numquam ad indignam bono simulationem;
numquam in honorem huius corpusculi mentiar.
Cum visum erit, distraham cum illo societatem;
et nunc tamen, dum haeremus,
non erimus aequis partibus socii:
animus ad se omne ius ducet.
Contemptus corporis sui certa libertas est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae
morales*, 65.21-22 (L. Reynolds ed., vol.1,
p.180, ll.6-16).